



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 74. Zigethum a Turcis obsessum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. LXXIV.

*Zigethum a Turcis obsessum.*

Sæcul. XVI.

A. C. 1556.

Ineunte primo Vere hujus Anni supra  
 millesimum quingentesimi quinquagesimi sexti Solimanus Bassam Halim Epirotam ex Persia evocatum in Panoniam mittit, ei præcipiens, ne Budam Provinciæ caput, nisi prius Zigethum cepisset, ingredi auderet.

*Thum. l. c.**Contin.**Chalcond.**l. 4.**Vie de**Solym. II.**p. 626.*

Erat Zigethum munitissimum inferioris Hungariæ oppidum Almazæ fluminis paludibus cinctum, idemque arcibus mœniis oppido firmis, totidemque fossis munitæ adjacet, cui præerat Marcus Horwathus, ac præsidiarios suos, qui ex duobus peditum millibus, ac ferme ducentis equitibus constabat, jurejurando adegerat, ut promitterent, se extrema quæque, vel mortem etiam pro patriæ libertate subituros. Enimvero obsessi quintam etiam Turcarum irruptionem incredibili fortitudine eludebant, & tandem relicto oppido in arcem sese recipere coacti sunt. Turcæ autem urbe potiti vexilla erigunt, fossamque undique circumdant, nihilominus Præsidarii cum oppidanis immixti occulta ex parte in hostes nil mali suspicantes invicta virtute, tantaque dexteritate erumpunt, ut trucidatis circiter centum Turcis obsessi urbem recu-

H h 3

pera-



Sæcul. XVI.  
A.C. 1556.  
perarent, eamque propugnaculis firma-  
rent. Postea viginti novem præcipuis  
ex interfectis Turcis capita fuere ab-  
scissa, eaque ad hostium terrorem arci  
illata, ac in muri pinnis erecta exhibe-  
bantur.

§. LXXV.

*Turcæ a Zigetho sæpius repulsi.*

*Tuan. &  
Cont. l. c.*

**A**ltero die Bassa nupera clade parum  
territus urbem ingentibus quatuor  
belli tormentis quater, fossamque vi-  
minibus implere suos milites jubet, ut  
vallum e regione arcis excitare posset:  
Verum huic operi sese pro viribus op-  
ponebant obsessi, cruentumque ibidem,  
ac pertinax certamen fuit initum, ubi  
plusquam septingenti Turcæ desiderati  
fuere: Itaque, cum armorum vis non  
succederet, Halim Bassa in astu opem  
quærebat; verum nec hac ratione fe-  
licius Christianorum fortitudinem ex-  
pugnare poterat, quamvis obsessos am-  
plissimis pollicitationibus ad deditio-  
nem hortaretur: incassum tamen erant om-  
nia; quapropter die secunda Julii tor-  
mentorum suggestus erigere, arcem-  
que verberare incoepit, tantoque furore  
per integros quinque dies tormenta ex-  
plodere continuabat, ut obsessi prope  
de salute desperarent, missoque Nuntio  
a Ferdinando Rege suppeticas peterent:  
Inte-